



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Fraternitatis bonum perdu[n]t quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

enim est præces multorum non exaudi, & maximè bonorum. Matth. Di-
 co nobis, quia si duo ex uobis consen-
 serint super terram, de omni re quã-
 cunq; petierint, fiet illis à patre meo.
 Quartum est, quia Deus in eis habi-
 tat. Vnde Matth. Vbi sunt duo, uel
 tres congregati in nomine meo, ibi
 in medio eorum sum, &c. Propter hoc
 concludebat Dauid. Ecce quàm bo-
 num, & quàm iucundum habitare
 fratres in unum.

Mat. 18

Mat. 18

*Fraternitatis bonum perdunt
 quatuor.*

Primum est superbia, superbus
 enim nescit esse frater, sed uult
 esse Dominus semper, uult .n.
 ut melius fiat sibi quàm aliis. Secun-
 dum est, peccatum odij. qui enim ha-
 bet odium ad alium, frater est canum
 non hominum. Vnde Ecclesiasticus.
 Quæ communicatio hominis sancti
 ad canem? Et Io. in sua canonica. Qui
 odit fratrem suum homicida est. Ter-
 tium est inuidia. Vnde Gregorius.
 Nam cum inuidia mentem tabefecé-
 rit, cuncta quæ inuenerit benè gesta
 cõsumit. Quartum est, detractio; Detti-
 ator .n. frater serpentiũ est, nõ hominũ.

Ecc. 13

1. Ioã. 3

Grego.

